



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv**

**Techo, Nicolas**

**Leodii, MDCLXXIII.**

Cap. 36. Villaricæ Societatis sedes ponitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38528**

Eius comites  
occiduntur.

capere posset, & circa ædes Barbarorum lento gradu inobservatus ambularet, audit necio quos confabulatores inter se de serie inferenda sibi necis: quo accepto indicio, Hispanis ad mortem etiam destinatis dissimulanter præmonitis, fugâ se cum illis eripit. Illucescente die conspiratores, cognitâ fugâ, tringinta Indos Hispanorum servulos, qui cum dominis suis fugere neglexerant, crudeliter mactant, frustri sceleris causas solitis ululatibus detestantes.

CAPUT  
XXXVI.  
Villaricæ  
Societatis  
fides poni-  
tur.

Eam expeditum  
Hispani,

Et Indi,

**E**REPTUS periculo Ortega Villaricam contendit, ubi dum cum Fildio de repetendâ Assumptionis urbe agitat; cives omnes deprecatores habuit, obstantes ne se desererent. Lamentabili voce aiebant, ab multis retrò annis nullum se Sacerdotem habuisse; habendi nullam spem adesse; ab Paraquaria metropoli ducentis leucis, ab Brasilia urbibus immensis spatiis se distare: ex interjectis utrius regioni locis nullum animarum suarum subsidium sperari posse. Nullibi terrarum Socios Iesu materiam instituti sui rationibus accommodatiorem reperturos, quam in Guairaniâ: nam si tantillo tempore tot millia Barbarorum baptizasent, quid sperandum forer si perpetuam sedem Villaricæ ponerent? Hæc Hispani cum dicarent, & insuper Neophyti, genua & manus Sociorum prensantes, se vix Christo natos deserî flebiliter quererentur, ostenderentque evidens periculum, defectu magistrorum, deserta fide ad avitos mores deficiendi; commota sunt viscerâ Sociorum, nihil contra obtendentium, nisi quod à Majoribus suis pro tempore se in Guairaniam missos, non posse suâ voluntate perpetuò remanere: si accederet Joannis Salonii, cuius imperio subdebantur, authoritas, patatos se & vitam & sanguinem pro singulorum salute impendere. Quo responso recreati Hispani Barbarique, certos homines citatis itineribus ad Joannem Salonium, ducentis leucis distantem, mittunt, qui cum eorum postulatis non repugnasent, illicè templum & domus, civium & Neophytorum manibus, Villaricæ condita sunt. Ubi Ortega & Fildius per septem subsequentes annos tanta patravere, quanta suis locis natrabimus.

CAPUT  
XXXVII.  
Joannis Sa-  
lonii utilles  
labora.

Salonium  
victima  
Guairanæ  
baptizat.

Unus pluri-  
bus par.

CAPUT  
XXXVIII.  
Alfonsus  
Barsena  
Calchaqui-  
nos pacifi-  
cat.

Barsena au-  
dacia.

**N**ec minores erant Joannis Saloni fine socio in Paraquaria metropoli quinquennio persistentis labores, quorum summa hæc est. Multa singulis annis expiationum millia fecit. Diu noctuque aegris sedulus adfuit. Pellicatus, iniurias, odia quamplurima, prudenter cohibuit. Comphiles Ethnicos domi forisque ad Fidem convertit. Quorundam nocivam avaritiam, nolentium Neophyto ex villis aut aliunde, confessionis doctrinæque Christianæ ergo, ad se vel ad alios Sacerdotes accedere, ne opera dispendium facerent, hac fermè ratione repressit. A Proprætore ferri legem imperavit, qua Indorum Domini eorum dominio privabantur, quorum Sacramentales Confessiones non procuraissent. Octoginta Guairanæ Ethnicos, proditionis & rebellionis convictos, antequam funestis ab arboribus suspenderentur, ad unum omnes nostra mysteria eruditos, salutaribus aquis tinxit. Denique solus ille tanta egit, quanta ab numero Collegio factitari solent. Ipse sua domus Recto in se solum severum exercebat imperium. Ipse minister, quidquid levissime peccasset, inflictis penis animadvertebat. Ipse œconomus nullam sui curam, maximam aliorum habebat. In unius hominis domo Catechistam, Concionatorem, Doctorem, Missionarium non desiderares. Ut scias paucitatem non admodum officere, ubi unius egregia virtus adest.

**D**U M hæc in Paraquariâ geruntur, Alfonsus Barsena, recuperatis viribus, Joannem Ramitum Velascum Tucumania Prætorem ad Calchaquinos rebelleres, cum instructis Hispanorum & Indorum copiis, vi armata domando cunctem sequutus, utilissimam Reipublicæ operam navavit. Nam cum Calchaquini, cognito Hispanorum adventu, summa & abrupta montium pro more occupassent, unde ingentia saxa in subjecta vallis angusta itinera, quæ Hispanis transendum erat, devolverent: Barsena, Hispanis ultrò ire prohibitis, solus ipse per ea itinera ait ausus, ac cacumen ab Calchaquinis occupatum enitus est. Ascendi, Ibrida primum

ferox,